



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

46. Quidam voverat singulis Festivitatibus Annunciationis B. Mariæ communionem, sed Festum illud accidit in Feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, quæritur, an teneatur in illa die Sacram Synaxim sumere? Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

RESOL. XLV.

An superioris possint irritare vota emissa tempore subictionis implenda tempore eius solutionis, ut si v. g. vxor aliquid promittat in tempore viduitatis, impubes tempore pubertatis, pubes in tempore quo liberam habuerit bonorum dispensationem, seruia dum fuerit liber?

Et nota, quod Pater possit irritare votum Religionis a filio emissa, post annos pubertatis exequendum Ex p. tr. 4. & Milc. 29.

<sup>Sup. contra  
tis in hoc &  
legg. 33. v.  
quod ad vlt.  
hunc Ref. in  
Rapreter  
in alii  
annoc  
tum lata  
etiam pro  
pare voti  
missis.</sup>

**§.1.** **V**T. si, v. g. vxor aliquid promittat in tempus viduitatis, impubes in tempus pubertatis, pubes in tempus quo liberam bonorum dispensationem habuerit seruus dum fuerit liber, &c.

2. Prima opinio vitat distinctionem, nam aliqui ex supradictis sunt plene subditi Superiori quoad voluntatem cui ad pleauia eius regimur traditi sunt, quales sunt Religiosi, respeku suorum Prelatorum, & filii impuberis respectu patris, & tutoris; alij vero sunt tantum subditi quoad aliqua obsequia, & aliquod voluntatis regimur quales sunt seruus domino, vxor viro, filij puberes patri, & curatori. Priorum ergo vota facta ad tempus soluta potestatis, possunt Superiores irritare, non autem posteriorum, & ita docei Sanchez mutans sententiam in *Contra som. 1. lib. 4. c. 29. n. 3.*

3. Secunda sententia ab aliis facultatem supradictam cuicunque Superiori denegat, quia votum referatur in tempus soluta subictionis, & ita tenet Caetanus in *2. 2. q. 88. art. 8. dub. penit. in solut. ad. 5.* Nauarros in *summ. 1. 12. num. 66.* Aragon in *2. 2. qu. 88. art. 8. & alij.*

4. Tertia sententia eam facultatem omnibus Superioribus habentibus facultatem dominicanam concedit, quia tempore quo votum emititur voluntas subditi subditur Superiori sive absolute, sive quo ad materiam promissam, quatumcumque executio in aliud tempus differatur. Deinde sequitur ex tali voto praeditum Superiori, nam tempore quo est Superior, & alter subditus, cum non recognoscit voulens sine eius consensu. Et hanc sententiam probabiliorum vocavit Sanchez de marin. *ib. 9. disp. 39. n. 16.* licet postea loco citat. in *summ.* tantum probabilem vocet; secluso tamen voto serui emulo in tempus quo liberate donatus fuerit; & illam absolute tenet Petrus de Ledesma in *summ. tom. 1. tral. 10. c. 7. dub. 20. diff. 10.* Vega in *summ. tom. 2. c. 12. c. 20.* & alij.

1. Sed stando in prima opinione, ego olim putavi aliquos probabiliter constituisse, patrem potuisse votum irritare Religionis, a filio emisum, post annos pubertatis exequendum, & hanc sententiam summopere notent Confessarij, & calsum conscientia responsores quia in casibus contingentibus plurimum deseruire poterit.

RESOL. XLVI.

Quidam voulent singulis Festiuitatibus Annunciationis B. Mariae Communionem, sed Festum illud accidit in Feria sexta Hebolomada Sancte, queritur an teneatur in illa die sacram Synaxim sumere & Et resolutio huius questionis pendet ex illa, an Feria sexta paraceues licitum sit sumere Communionem?

Et queritur obirent, an in Feria quinta Cœna Domini sit una tantum celebranda Misa? Ex p. 6. tr. 6. & Mise. 1. Ref. 19.

**§.1.** **R**esolutio huius casus pender ex illa questione; An feria sexta Paraceues licitum sit sumere sacram Communionem: & negatiuum sententiam tenet Francolinus de horis Canonici, cap. 30. n. 12. Marchinus de Sacrament. Ordinis, tral. 3. part. 3. c. 8. num. 3. Megalius in Prompinas, tom. 2. ver. Eucharij, Sacramenti Minister, num. 19. & ita determinasse Sacramentum Congregationem Rituum die 19. Februario 1622, telatus Gaudentius in Rubricis Missalis tit. 9. §. 4. n. 24. Barbosa de offic. Paroch. c. 20. n. 16. & Leon de off. Capell. q. 8. foli. 17. num. 170. Et ratio est, quia in cap. Sabbaro de Consecrat. diffinit. 3. Innocentius afferit Sacraenta eo die penitus non celebrari. Item quia in officio illius diei solum propter infirmos praecipitum seruari Sacramentum.

2. Sed his non obstantibus non desunt Doctores contrarium sentientes, nempe licitum esse per se loquendo secluso omni scandalio eo die communicare. Primo, quia cum hoc sit per se bonum, & prohibito in contrarium non extet, non est cur tanquam malum, & peccatum damnetur. Et Innocentius in eo cap. manifeste de solo Misa sacrificio loquitur: nam celebrare Sacraenta non est propriè præbere Eucharistiam populo, sed confiteere & consecrare illam, inde enim celebrare pro Missa dicere, & Sacrificium facere usurpatum. Secundum quia parum obstat, quod in officio Paraceues Sacramentum solum propter infirmos custodiri iubatur, nam id non idem sit, quod illis solum licitum sit dispensare; sed quia illa fuit causa maxime necessaria sustinendi Sacramentum. Et ita hanc sententiam docet Fagundez p. 1. lib. 3. c. 15. n. 16. Suarez in 3. part. Sacram. diff. 8. foli. 2. Layman in Theolog. Morali, lib. 5. tr. 5. c. 4. n. 7. Mollelius in summa tom. 1. tral. 3. c. 14. num. ... Filiecius tom. 1. tr. 5. cap. ... n. 105. Emanuel Sa. oev. Eucharij, n. 19. & qui apud me instar multorum est Pater Vasquez tom. 3. diff. 2. 3. 2. c. 2. n. 22. dicit posse quemlibet ex causa, vel deuotione eo die communicare & sacram Synaxim sumere.

3. Nec valet dicere, quod hodie in Ecclesia Latina solus Sacerdos dicta feria sexta communiter ex praefanctificatis die praecedit: nam afferunt Doctores citati hanc coniunctitudinem non esse ita introductam & receptam, ut vim pracepti habeat, sed potius deuotio nisi gratia, & vt magis congruerit: nam cum omnes ferè communicent feria quinta, id est nullus communicat feria sexta: praefertim cum ea die non possit comodi fieri. Non ergo dici potest per non usum introducunt esse prohibitionem: quia sola negatio actus non sufficit ad introducendam legem. Verum his non obstantibus ego consului in calu praefentis dubij videntem potuisse abstineri a sacra communione in illo die Annunciationis sine fractione voti, quia incidit in feriam sextam Paraceues.

4. Non desinam hic etiam adnotare sacram Congregationem rituum, ut patet apud Decreta Diocesanæ Nostri Neapolitani celebrataro anno 1627. & apud Persicum de offic. Sacerdot. lib. 1. dub. 6. n. 40. decreuisse in Feria quinta in Cœna Domini celebrandam esse vnam Missam tantum. Et Marullus Francolinus de horis Canonici c. 30. n. 18. telatus suo tempore Cardinalem Sauliolum Pontificis Vicarium Romæ quibusdam Sacerdotibus celebrare volentibus præcepisse, ne eo die celebrent. Tamen hoc decretum non videtur in Sicilia, & in multis locis usum receptum: nam passim in illa die Sacerdotes celebrant; & hoc fieri posse etiam publicè secluso scandalio tenent Doctores, quos ego citavi in tral. de celebrat. Missar. & citat & sequitur Nihil sup. Marchinus de Sacrament. Ordinis, tral. 3. part. 3. c. 8. hac questione Author dixit in di. 3. & ibi in tr. 1. Ref. 46. § Notandum in fine.

Praelati

## Tractatus Quartus.

70

Praelati licentiam esse necessariam, & testatur se plures  
Romæ videlicet eo die celebrare.

### R E S O L . X L V I I .

*An qui ex voto, vel penitentia tenuerit recitare aliquo  
die tantum partem Rosarii, si illam cum notabilis in-  
corruptione reciteret, dicatur satisfacere, etiam si dimi-  
diat partem mane, & aliam vespere reciteret? Ex p. 4.  
tr. 4, & Mis. Ref. 17.*

*Citat. nunc §. 1. Afirmatio respondeo, quia, ut probauit in 2.  
est in tom. 3. tr. 6. Ref. 67. recitans Officium diuini-  
num cum magna interruptione, satisfacit pracepto;  
& in aliis eius not. ergo idem dicendum erit in recitatione Rosarii ex vo-  
to & penitentia, & hanc sententiam quod vitramque  
partem tenet Sanchez in opere. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 19.  
n. 5. vbi sic ait. Secunda sententia docet, quod licet  
sine causa iusta interrupcat recitans Horam, & per  
magnum tempus, non peccat mortaliter, nec tenuerit  
sub mortali ad repetendum, quia licet physice loquen-  
ti. Sed quia do, quando est magna interruptio, non sit eadem hora  
continua: at loquendo mortaliter propter intentionem,  
quam hic habeat supponit quod deest intra eundem  
diem, censetur integratio & continuatio eiusdem  
horae, atque adeo impletio pracepti Horarum quoad  
substantiam. Item, quia qui tenuerit ad Rosarium, vel  
Psalmum ex voto, vel penitentia, satisfaciet recitando  
dimidiata partem mane, & aliam vespere; ergo simili-  
ter in Hora canonica. Ita Sanchez, qui optimè notat  
hanc sententiam veram esse, licet quis faciat illam in  
interrupcionem cum proposito formaliter teneat pos-  
tea illud, quod fuerat recitatum, hoc enim non ob-  
stante poterit postea non reincipere, sed profecto quod  
cooperat, quicquid afferant aliqui, quos alibi impugna-  
imus.*

*Aliibi in tom.  
3. tr. 6. Ref.  
46. §. primo  
& in aliis  
eius not.*

### R E S O L . X L V I I I .

*An qui vovit, vel iuravit, aut habuit pro penitentia in-  
iuncta audire Missam, vel dicere officium B. Virginis,  
si Missam audiatur, vel recite sine interna attentione,  
adimplere vovum, & penitentiam?  
Et docetur praceptum audiendi Missam, & recitandi  
Horas Canonicas adimpleri sine interna attentione,  
dummodo interius recitans, vel audiens Missam non  
se gerat distractus. Ex p. 10. tr. 13. & Mis. 3. Ref. 35.*

*§. 1. Videlicet probabiliter affirmari posse respon-  
deri, sicut probabiliter dicitur, praceptum  
audiendi Missam, & recitandi Horas Canonicas adim-  
pleri sine interna attentione, dummodo interius reci-  
tans, vel audiens Missam, non se gerat distractus. Et  
pro hac sententia ego alibi citavi Hurtadum, Lugo,  
& alios, & me citato, illam tenet nouissime Dicafillus  
lus, de Sacram. tom. 1. trit. 5. disp. 5. dub. 8. num. 95. &  
dub. 9. n. 117. vbi sic inferit. Eadem ratione colligitur  
posse implere praceptum audiendi duas, vel plures  
Missas, si praceptum praeceps sit ex praeципiente, vel le-  
gislatore humano, humanaque auctoritate, etiam si vni-  
tantum, vel etiam nulli interius attendat: dummodo  
exterius sit in eo loco, & situ, quo censeatur omnibus  
Missis præsens, nullo dato signo exteriori, quo ostendatur  
non omnibus, aut nulli Missas attendere; nam  
cum Acta nostra principia non sit necessaria illa at-  
tentio interna ad impletum Ecclesia præceptum,  
dummodo ita assitatur, vt nulla distractionis signifi-  
catio detur; attentio vero ad tres, vel plures Missas si-  
mul non sit impossibilis, profecto ex eo quod quis af-*

*Aliibi in tom.  
3. tr. 6. Ref.  
46. §. primo  
& in aliis  
eius not.*

sistat pluribus, non colligitur quod illis non attende,  
neque enim assistentia & attentione ad unam pugnat,  
cum assistentia & attentione ad reliquias. Ita illi, cui  
adde Pellizzarium, in Manual. Regular. tom. 1. trit. 5.  
c. 4, ref. 1. n. 48. etiam me citato. Unde miror, quomodo  
Reuerendissimus Magister Candidus, tom. 1. dub. 1.  
25. dub. 14. vocauerit hanc sententiam improbabilem,  
cum illam ex Dominica Familia doceat Sylvester, De-  
randus, Paludanus, & D. Antoninus, & ex Societate le-  
gi Cardinalis Lugo, Coninch, Dicafillus, & plures ali-  
viri doctissimi.

2. Sed quo ad Casus propotitos de Voto, Iuramen-  
to, & Penitentia, negatiam sententiam docet idem  
Dicafillus, vbi supra dub. 7. n. 90. vbi sic ait: Verum  
autem hoc ipsum sufficiat ad impletionem Voti, & iuramenti,  
non est huius loci disputare; sicut nec de hinc  
impletione Penitentie iniunctæ in Confessione. Sic  
sufficiat dicere non esse candem rationem, atque de pre-  
ceptis Ecclesie, nam cum obligatio Voti, & iuramenti  
sit de re, quæ quantumvis interna sit sufficiens immo-  
tescit Deo ipsi cui promissio Voti facta est, aut quem  
in testem adduximus rei facienda, & qui est proprius  
index, & cognitor impletionis rei promissae, vel veris  
verbis rem explicitem, cum materia promissa compara-  
tione promittentis, & eius, cui promisit, si que  
nota, etiam si materia sit actus interius, & quæ suble-  
cta voluntari promittentis, aut iurantis, sibique quæ  
imponentis priuatum legem, potest potest obligandi  
ad eam materiam se extendere, quæ promitti pariter  
homini, & acceptanti Deo, & quæ subiecta est, & nota  
atque si est materia externa, Ecclesia verò, aut Princeps  
aliquis suam quasi sphæram non extendit, nec ex-  
tendere potest nisi tantum ad exteros adhuc qui inven-  
ta sua subsunt extero illius iudicio, & cognitioni, ut  
explicatum est. Quod verò attinet ad Penitentiam in-  
iunctam in Sacramento Confessionis, quia ea Peni-  
tentia iniungitur à Sacerdote gerente vires Chorali, &  
iudicante nomine ipius, atque efficiente, vt illud operis  
satisfactorium sit pars integralis Sacramenti: ex his con-  
stitutis capitulo potest refulgere obligatio iuris ne-  
cessitatis diuini, quæ potest transcedere ad actus etiam  
internos, ad quos Christus ipse instituit Sacra-  
mentum, potest virtute sua obligandi pertinere, qui ce-  
ternorum pariter actum atque internum motum  
Index est, Princeps, ac Dominis, de illione indicat:  
quod tamen non habet Ecclesia, unde illud axioma  
ortum habuit: Ecclesia non iudicat de occultis. Ita  
Dicafillus.

3. Verum aliquis posset dicere, quod obligatio Vo-  
ti, & satisfactionis imposita à Confessario regulatur,  
& obligant instar præceptorum Ecclesie, vt tradunt  
communiter Doctores, nisi alter confiteretur intentio-  
ne videntis, & Confessarij: fed secundum opinionem  
probabilem præceptum Ecclesie non obligat ad accep-  
tionem internam, sed tantum externam: ergo neque  
obligat Votum, aut Penitentia imposta à Confes-  
sorio, Cogita, nam ipfmet Dicafillus potest dub. 3.  
n. 119. suam sententiam vocat tantum probabilem,

### R E S O L . X L I X .

*An qui audit Missam animo non satisfaciendi voto, vel  
iuramento, satisfaciat voto?  
Vbi plura de intentione satisfaciendi praecipito.  
Et an doctrina huic Resolutionis non procedat in obli-  
gationibus iustitia?  
Et notarium necessarium non esse habere voluntatem ex-  
pressam satisfaciendi præcepto, nam ex ignorantia præ-  
cepti rem præcepta exequatur, præcepto satisfacto talis*